CAROLO ANTONIO LANDI PATRITIO SENENSI PRO REGIA CELSITUDINE PETRI LEOPOLDI ... THESE...

Vincenzo Comandoli

394.5

CAROLO ANTONIO LANDI

PATRITIO SENENSI

PRO REGIA CELSITUDINE

PETRI LEOPOLDI

ARCHIDUCIS AUSTRIAE NEC NON MAGNI HETRURIAE DUCIS

&c. &c. &c.

IN EQUESTRI SENARUM PALAESTRA MAGISTRO

VIRO

HUMANITATE COMITATE PRUDENTIA CETERISQUE VIRTUTIBUS CLARISSIMO

THESES HISTORICO—THEOLOGICO—CRITICAS

DE SIBYLLIS EARUMQUE CARMINIBUS

D. D. D.

F. VINCENTIUS COMANDOLI PISANUS

ORDINIS EREMITARUM S. P. AUGUSTINI THEOLOGIAE AUDITOR

1872

SENIS TYPIS PUBLICIS MDCCLXXI

Per Franciſcum Roſſi Typographum

Superiorum Facultate.

NOBILISSIME VIR

Quarenti mihi, cuinam potiſſimum, in hac, quam aggredior Literarum concertatione, hoſce tenues laborum meorum fructus conſecrarem, Tu Unus occurriſti, Vir Praeſtantiſſime, qui & avita nobilitatis origine, & maxima dignitatis ſplendore, & incredibili virtutum comitatu fulgeres. Neminem enim latere arbitror antiquæ familiæ tuæ nomen illuſtre, ſingulare tuorum Majorum decus, perpetuumque ornamentum. Quacumque oculos vertam Avos, Atavoſque video praeclaros atque ſplendidiſſimos, qui religione, militia, pace, qui diſciplinarum ſtudiis, qui rerum hu-

mandavit prudentia, aliiſque rebus optime geſtis quam ſibi compararunt exiſtimationem, & famam, quam numquam delebit, aut hominum invidia, aut temporum injuria. Prodiere e Domo tua Alexander (1), *& Cornelius* (2), *quorum primus Sancti Patris Auguſtini inſtitutum, quod a teneris annis amplexus erat, pietate & doctrina mirifice illuſtravit, eique omnibus Patrum ſuffragiis hujus noſtræ Provinciæ moderatio commiſſa fuit anno* 1636, *alter vero & eximiis Ordinis Servorum, cui puer ſe addixerat, dignitatibus inſignitus fuit, & creatus Eccleſiæ Hydruntinæ Archiepiſcopus, mirum qua ea ætate, qua prudentia, qua humilitate, quo zelo, doctrinaque cœleſtis ſuavitate, qua refertus erat, gregem ſibi commiſſum gubernaverit. Prodierunt ſolertiſſimi Scriptores Julius* [3], *qui obſidionis Ilcinenſis, qua Duce Gratia peracta eſt, hyſtoriam, & Alphonſus* [4], *qui opus immenſi laboris, maximæque utilitatis ſcriptis conſignarunt. Prodierunt & Petrus* (5) *& Angelus* [6], *qui tanta politicarum rerum ſcientia valebant, ut cum difficillimis Reipublicæ Senenſis temporibus miſſi fuerint Legati, unus ad Florentinos, alter ad Imperatorem, munus ſuum prudenter adimpleverunt. Cum dira peſtis in populum Senenſium miſere graſſaretur, atque omnes, quorum erat rebus publicis conſulere, vitæ territi periculo alio aufugiſſent, hanc Civitatem moderati ſunt tres viri virtute probati; quorum unus erat Landus Landi* (7), *vir vere magnus, qui Reipublicæ bono propriam poſthabuit vitam. Neque ſilentio præterire poſſum Paullum* (8), *quem, bello ingruente adverſus Bertoldum Comitem Savonenſem, Reſpublica totius exercitus Præfectum delegit. Neque Octavium* (9) *juris prudentiæ ſtudioſum, qui ſub Henrico Gallicarum Rege ſumma cum laude militavit, ſuaque ſæpius præbuit invicta argumenta virtutis. Quem in tanto habui honore,* tan-

(1) *Pompe Saneſi* p. 2. pag. 292. e 385. (2) *Pompe Saneſi* p. 1. pag. 109.
(3) *Pompe Saneſi* p. 1. pag. 634.
(4) M. S. cui titulus eſt *Narratio Poll. Simulacr.* ſervatur in Bibliotheca Univerſit.
(5) Tommaſi *Iſtoria di Siena* p. 3. (6) *Pompe Saneſi* part. 2. pag. 52.
(7) Tomm. loc. cit. (8) Tomm. loc. cit. & M. S. Biblioth. Univerſ.
(9) *Pompe Saneſi* p. 2. pag. 237.

tantaque exiſtimatione Franciſcus Marchio de Monte, ut non potuerit quin Ferdinando Primo Etruriæ Duci illius commendaret merita. Quo factum eſt, ut honores eximios & clariſſimas conſequeretur dignitates. Neque Hieronymum (10) *utriuſque juris Doctorem egregium, atque de ſuis Civibus benemeritum, utpote qui eis ſuæ benevolentiæ reliquit monumentum, quo permoti Phyſiocritici Academici ejus memoriam perennem reddere curarunt. Et ne, Vir Nobiliſſime, Te majori afficiam moleſtia in recenſendis Avorum Tuorum geſtis, paulisper ad mentem revoces, oro, virum illum Divinæ charitatis ardore fragrantem, tuum, dico Parentem quo nemo fuit beneficentior, magnificentior nemo. Cornelius Nepos Pomponium Atticum laudibus extollens „* Illud unum, *inquit*, intelligi volumus illius liberalitatem neque temporariam neque callidam fuiſſe. Id ex ipſis rebus, ac temporibus judicari poteſt, quod non florentibus ſe venditavit, ſed afflictis ſemper ſuccurrit, qui quidem Serviliam Bruti matrem non minus poſt mortem ejus, quam florentem coluerit „ [11] *Quæ potiore jure de Patre tuo dici poſſunt. Etenim nulla lucri ſpe, nulla temporalis boni mercede conductus perpetuam eamque maximam exercuit beneficentiam & liberalitatem in pauperes pupillos & viduas; quem ideo mœſtiſſime* Populus fortis civitas Gentium luxit, & luget quia factus (erat) fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua. (12) *Dolentque ante tempus deceſſiſſe; de cujus bonitate, pietate ceteriſque moralibus virtutibus nemo unquam tam magna dicet, quin majora ſupereſſe deprehendet. Te igitur Cives jure felicem deprædicabunt atque beatum, cui talis contigit Parens egregium conſpicuumque benevolentiæ & charitatis exemplar. Verum ego Te beatiorem feliciorimque dixerim, quia Canonicus Laurentius Recchij Avunculus tuus vir eximiæ probitatis Tutor ut erat amantiſſimus probe intelligens Civitatum, Regnorum, Rerumque Publicarum fortunam, quietem & incrementum in o-* pima

(10) Suo ſumptu fecit medalianm, quæ eſt in aula Phyſiocriticorum.
(11) Uir Excell. Ingerat In Vi. Pomp. Att (12)Iſa. c. 25 v. 3 & 4.

ptima liberorum diſciplina, atque liberalium artium cultura contineri, viros ſelegit eruditos, qui animum tuum adhuc tenerum informarent & perpolirent, quique Te humanioribus literis, præceptis inſtitutiſque philoſophiæ imbuerent, quibus ſedulam navans operam tantum profeciſti, ut non ſolum illius expleveris vota ſed & viceris.

Monebat Lyricus Vates juventam aſperioribus formandam eſſe ſtudiis, querebaturque ab adoleſcentibus Romanis negligi equeſtrem artem.

. . . . . Et teneræ nimis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudiis. Neſcit equo rudis
Hærere ingenuus puer; (13)

intelligebat enim quantum ea ſplendoris, incrementi eſſet Civitatibus, Regnis, Principibus, quam poſſe rebellem coercere populum, hoſtium propulſare injurias, jura Societatum, Regumque vindicare. Quæ adhuc adoleſcens mente revolveras omnes corporis animique vires huic nobiliſſimæ arti adjungere tibi placuit, & quantum in ea profeceris iis tantum ignotum eſſe poteſt, qui neſciant, TE *ſolemni* M. D. LEOPOLDI *decreto deſtinatum fuiſſe equeſtris palæſtræ Præceptorem. Aſſiduitatem, & vigilantiam, quibus munus tibi injunctum adimples, lenitatem facilitatemque, quibus inclytam inſtruis juventutem, comitatem, humanitatem, & benevolentiam, quibus etiam de plebe homines proſequeris, prudentiam, juſtitiam, fortitudinem cæteraſque dotes, quæ tuum exornant animum, & mirantur & deprædicant ſinguli. At quo mea hæc defluxit oratio! Sed exciderunt ex improviſo, quæ modeſtia tua juſſus ſilentio præterire ſtatueram. Verum ea eſt vis veritatis, ut etiam humanum cogat ingenium, & ſponte prodire nitatur. Quoniam vero nec pars potes, Te tuam laudes, nec tanto muneri, concinnandis peculiaris tua merita mei valent ingenioli vires, lubens ac volens omitto. Excipe igitur ea, qua polles animi benignitate munuſculum hoc meum qualecumque ſit; quod ſi meritis tuis impar omnino eſt, ſatis tamen erit, ut exinde non Tu ſolum, ſed & plerique alii obſequium erga te meum agnoſcant & voluntatem*

(13) Carm. lib. 3. ode 24.

Digitized by Google

EX tot tantiſque monumentis, quibus Chriſtianæ Religionis veritas atque divinitas contra Deiſtas, Atheos, alioſque hujus furfuris homines mirifice demonſtrantur, non infimum locum haberent Ethnicarum fœminarum, quas Sibyllas vocant, Carmina, niſi dum ea moroſi Critici nimia ſolertia, nimiaque curioſitate ventilarunt, eorum labefactare ſtuduiſſent authoritatem. [1]

II.

Socinus in primis ad puras fabellas revocare auſus eſt nedum Codices Sibyllarum, ſed & earum exiſtentiam, ratus quaſdam fœminas dictas fuiſſe a Veteribus Sibyllas, quemadmodum & aliæ dictæ fuerunt Muſæ, Furiæ, & Gratiæ, quæ certe in rerum natura nunquam extiterunt [2] Verum Socini opinionem utpote contrariam Scriptorum ſuffragio, [3] indignam, quæ recipiatur, judicamus.

III.

Unde factum ſit, ut Sibyllæ hoc appellarentur nomine, non conſentiunt Auctores. Arbitrantur nonnulli primam, quæ vaticinandi munere prædita fuit, proprio nomine vocatam fuiſſe Sibyllam, atque inde reliquis, quæ poſtmodum eodem fungebantur officio, idem nomen fuiſſe conceſſum (4) Nos vero exiſtimamus dictas fuiſſe Sibyllas, quia Deum conſulebant, quia Dei conſilia pandebant hominibus; vocabulum enim Sibyllæ ex duabus græcis vocibus coaleſcit, quarum una conſilium, altera Deum ſignificat. [5]

IV.

Diſſentiunt etiam circa numerum Sibyllarum. Sunt qui tra-

(1) Vandale Diſſertat. 2. de Oracul. Vallemontius Elem. Hiſt. tom. 3. cap. 3. Voſſius de Sibyllinis Oracul. Petrus Petitus in Animadver. tom. 1 paragr. 4. & Dupinius in Nova Bibl. tom. 1. de Lib. Sibyll. Author Bibl. Crit. tom. 1. cap. 54. & L' Hermitius Somm. Theol. tom. 1. pag. 204. &c.
(2) Contra wiecki Reſpon. claſ. 8. cap. 9.
(3) Vide Salmaſium in Præfat. ad Sehan. Blondellum de Sibyll. l' Hermitius loc. cit.
(4) Salmaſius loc. cit. Fiſlovius Hiſt. Jud. tom. 6. lib. 17. &c.
(5) Quod ſi Aeolici ſermonis genere Sibyllæ Theobuli appellantur, velle conſilium Dei ſola ſimilitudine niſi unguentas. Mirum. contra Jovem.

tradunt eas fuiſſe tres [6] qui duas, [7] qui unam dumtaxat. [8], Nos cum Varrone (9) decem fuiſſe propugnamus.

V.

Sibyllas fuiſſe virgines ſcribit Hieronymus. [10] Sed ea de re nihil definiendum ducimus. Tantum obſervamus, quod ſi Libri Sibyllini, qui in Bibliotheca Patrum recenſentur, forent germani atque ſinceri, ideoque ad faciendam fidem idonei non videmus qui poſſet Sancti Patris opinio defendi, perlubent enim unam ex Sibyllis ſcortum fuiſſe. [11]

VI.

Varro apud Lactantium [12] Sibyllarum nationem & patriam nobis ſignificat aſſerens *primam fuiſſe de Perſis, ſecundam Libyſſam, tertiam Delphicam, quartam Cumæam in Italia, quintam Erythræam, ſextam Samiam, ſeptimam Cumanam nomine Amalthæam, quæ ab aliis Demophile vel Herophile nominatur. Octavam Helleſponticam in agro Trojano natam vico Marpeſſo circa oppidum Gergethium, nonam Phrygiam, quæ vaticinata ſit Ancyræ, decimam Tiburtem nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur, ut Dea juxta ripas amnis Anienſis, cujus in gurgite ſimulacrum ejus inventum eſſe dicitur tenens in manu librum.* Quæ cum ipſe Lactantius Veterum confirmet Scriptorum teſtimoniis jure noſtrum ſibi conciliant aſſenſum.

VII.

Incertum eſt tempus, quo Sibyllæ floruerint, conjectamus tamen cum Vallemontio (13) Delphicam anno mundi 2793. Erithræam 2820. Cumæam 2834 Samiam 3306 Helleſponticam 3460 Cumanam, quæ a Cumæa diſtinguitur 3470. Libycam 3524 Perſicam 3700. floruiſſe. Tempus autem, quo vixerint Phrygia & Tiburs nomine Albunea cum nobis nec conjectare liceat, accuratioribus Chronologicis ſtatuendum relinquimus.

VIII.

Ut autem clariſſime pateat, quid ſentiamus de Codicibus, qui

---

(6) Ita inter alios Solinus hoc cap. qui ſcribit primam fuiſſe Delphicam, ſecundam Erythræam, tertiam Cumanam. Solino aſſentiri aliquis poterat Plinium lib. 5 cap. 34. ſed fallitur: nam ibi Plinius refert ſolummodo Romæ prope Palatium ſimulacra trium Sibyllarum inventa fuiſſe.

(7) Ita Martianus Capella, qui unam facit Herophilam, alteram Symmachiam.

(8) Plinius lib. 7 cap. 33 de Deum Dictum Siculus lib. 4. quibus aſſignant Petrus Molinæ e Facultate Pariſienſi in Diſſert. de Sibyll. Scrit & alii, qui Sibyllam nominant in ſingulari numero, ut Plato in Phædro, Joſephus lib. 1 Antiq. cap. 5 Clemens Alexandrinus lib. 1 Strom. Aulugellius lib. 1. cap. 19. ſed meo quidem judicio non ideo crediderunt unam tantum fuiſſe Sibyllam.

(9) Divin. Inſtit. lib. 1. cap. 6. Varroni aſſentitur Lactantius. Utrofque ſecuti poſtea ſunt Hieronymus lib. 1. contra Jovin. cap. 25 Iſidorus Hyſpalenſis Orig. lib. 8. cap. 8 & alii.

(10) Loc. cit.

(11) *Mille mihi leſbia, conculcat mille ſorores,*
Juvegue promiſo geſſiſſet præmia lepi. Lib. 4 (12) Loc. cit. (13) Loc. cit.

Digitized by Google

qui Sibyllini dicuntur, cenſemus in primis eos, qui ſub Sibyllarum nomine in Bibliotheca Patrum feruntur, eſſe ſpurios & nothos, ab aliquo impoſtore, aut malitia, aut zelo confectos;

IX.

Et quidem poſt Chriſti adventum; ea enim tam clare, tam perſpicue narrant quæ Chriſti nativitatem, munus, doctrinam, dignitatem, miracula, paſſionem & mortem ſpectant, ut potius hiſtoriæ, quæ res peractas deſcribit, quam prophetiæ, quæ futura prænuntiat, caracteres exhibere videantur [14].

X.

Quare miramur Baronium [15], & Montacutium (16), viros alioquin acutos & prudentes velut germanum Sibyllarum opus habuiſſe. [17]

XI.

Nihilo tamen ſecius longe ante Chriſti adventum codices extitiſſe apud Romanos, alioſque Ethnicos, qui ſumma cum diligentia ſervabantur, in maxima habebantur veneratione, & ut germanum Sibyllarum opus unanimi conſenſu recipiebantur, tot teſtantur Scriptores, [18] ut nemo, qui prudens eſſe velit poſſit inficiari.

XII.

Teſtis eſt Varro (19) *Sibyllam Cumanam novem libros attuliſſe ad Regem Tarquinium Priſcum, ac pro eis trecentos philippeos poſtulaſſe, Regemque aſpernatum pretii magnitudinem deriſiſſe mulieris. Illam in conſpectu Regis tres combuſiſſe, ac pro reliquis idem pretium poſtulaſſe. Tarquinium multo magis mulierem inſanire putaſſe. Quæ denuo tribus aliis exuſtis, cum in eodem pretio perſeveraret, motum eſſe Regem ac reſiduos trecentis aureis emiſſe, quorum poſtea numerus fit auctus* (20). Quæ probabilia nobis videntur.

Hoſce

(14) Vide L' Herm. loc. cit. Prid. loc. cit.
(15) *In Appar. ad Annal.*
(16) Lib. cui titulus eſt *Aſſ. & Monum. Eccl. ante Chriſtum.*
(17) Author Recenſionum Sibyllinorum Codicum ſe facit Chriſtianum, Libro enim 8. ait
Nos igitur Chriſti ſancta de ſtirpe creati.
adjungit Idololatriæ cultum quo ſit a Deo maxime [illegible] ſuiſſe, atqui Baronius & Montacutium [illegible] Sibyllas a Deo inſpiratas [illegible] vaticinia, ergo Baronius & Montacutius [illegible] ſyſtematice loquuti fuiſſent, non poterant aſſerere hujuſmodi Codices eſſe [illegible] Sibyllarum.
(18) Dion. Halic. *Antiq. Rom.* lib. 1. lib. 4. & lib. 20. Plut. in *Popl.* Pauſan. in *Phoc.* [illegible] lib. 5. Cic. *de Divin.* lib. 1. Plut. *Dec.* [illegible] lib. 2. Svet. in *Oct. Aug.* cap. 31. Tacit. Ann. lib. 6. Val. Max. lib. 1. Appian. *de Bell. Civ.* lib. 1. Servius in *Virg. Aen.* lib. 6. Lact. loc. cit. Leon. Chalc. *de Reb. Turc.* lib. 8. &c.
(19) Apud Lact. loc. cit.
(20) Pliſtinus loc. cit. ſcribit eam hiſtoriam pollicetur eſſe Romanorum inventum, [illegible] Numæ temporibus. Dionyſius Halic. lib. 4. Gell. lib. 1. Plinius lib. 13. Solinus cap. 2. & alii ſcribunt Sibyllam libros vendidiſſe Tarquinio Superbo. Varro, Lactantius lib. 1. Iſidorus lib. 8. *Orig.* Tarquinio Priſco. Sed hæ diverſæ circumſtantiæ fidei veritatem labefactare nequeunt.

XIII.

Hoſce autem Sibyllinos Codices undique refertos fuiſſe celeberrimis vaticinationibus conſtans eſt Veterum opinio, (21) a qua nefas eſt cordato viro recedere.

XIV.

Nonnullæ vero Chriſti adventum, miracula, doctrinam; uno verbo Religionem mirifice comprobabant, [22] licet alio referrent Pagani. [23]

XV.

Vaticinatæ ergo ſunt Sibyllæ. Cum enim vaticinium ſit earum rerum prædictio, quæ nondum evenerunt, cum prædicuntur, quæque neque ex cauſſis naturalibus neque ex præſenti rerum ſtatu præſciri aut conjici ulla humana arte poſſint; ſequitur propheticam cognitionem ſoli Deo convenire, ideoque Sibyllas fuiſſe divinitus inſpiratas.

XVI.

Neque officit, quod fuerint Paganæ & ſi mavis etiam impiæ & ſceleſtæ, quandoquidem ut obſervant omnes Theologi, & præſertim Divus Thomas, prophetia eſt donum gratis datum, quod poteſt eſſe ſine morum bonitate. [24]

XVII.

Hinc refelluntur, qui putant Sibyllas vaticinatas eſſe aut ope Dæmonum (25) aut naturali ſolius phantaſiæ vi, aut quadam furoris ſpecie abreptas.

XVIII.

Sibyllina Oracula, quibus Sancti Patres uſi ſunt ad revincendos Paganos de eorum cultus falſitate eoſque ſuadendos de veritate & divinitate noſtræ Religionis non ſunt deprompta ex ſpuriis & adulteris Codicibus, qui in notiſſimo opere quod inſcribitur Bibliotheca Patrum recenſentur, ſed ex authenti-

(21) Vide Bibl. PP tom. 3.
(22) Cic. lib. 2. *de Divinat.* teſtatur extitiſſe in Sibyllinis Codicibus verſus affirmantes, ſuſcipiendum eſſe quemdam Regem *ſi ſalvi eſſe vellemus*. ... Sibyllina Carmina *valere ad deponendas Religiones* Quæ Chriſtianæ Religioni favent. Virgilius Egl. 4. ita loquitur ex mente Sibyllæ Cumanæ.

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas
Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.
Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna
Jam nova progenies Cœlo demittitur alto &c.

Hæc de Chriſto intelligenda eſſe demonſtrat Cudworthus *Syſt. Intell.* cap. 10. parag. 16.
(23) *Non deſunt, qui illa Carmina prioribus temporibus pro deliramentis habita fuiſſe, cum ea nemo intelligeret ... denuntiabant enim monſtruoſa quædam miracula, quorum nec ratio, nec auctor, nec tempus deſignabantur.* Lact. lib. 4. *de ver. Sap.* cap. 15.
(24) 2. 2. Quæſt. 117. art. 2.
(25) Ibid. loc. cit.

cis & ſinceris, quos & habebant & legebant ipſimet Pagani [26]

XIX.

Quamobrem manifeſte apparet audacia Dupini, qui ut Patribus malitiæ, imprudentiæ & immoderati zelus affingat calumniam ſcribit: *Ratum omnibus & conſtans eſſe debet, Libros Sibyllinos* [etiam quos citarunt Patres] *confictos eſſe ſecundo ſæculo labente. Certo autem deſignare non poſſumus quo revera tempore, & a quo. Id unum conjici poteſt magis probabile eos prodire cæpiſſe ſub finem Imperii Antonini Pii*, [27] Apparet & inſcitia Blondelli, qui ait *Sartorem Carminum Sibyllinorum Studium ſuum confeciſſe inter annum* 138. & 215. *a Christi nativitate*. (28) Quomodo enim ſi ita res ſeſe habet Tullius, Dionſius Halicarnaſſeus, Varro, qui Chriſtum præceſſerant, ſcribere potuerunt Sibyllinos codices & legi & maxima cuſtodiri diligentia?

XX

Neque minus ridicula eſt opinio Petitdidieri (29), qui Sibyllina Carmina, quæ a Patribus citata ſunt, tradit eſſe opus cujusdam Chriſtiani, quod in lucem emanaverit primo Eccleſiæ ſæculo. Ea enim vanis tantum fulcitur conjecturis: unde Author haud moleſte ferat nos ab ea recedere.

XXI

Errat etiam Voſſius [30] dum *pro aris* ut ajunt & *focis* tuetur, Illa fuiſſe a Judæis conficta ſexaginta circiter annis ante Chriſti Incarnationem & ſub Sibyllarum nomine vulgata & a Romania tamquam germana recepta, eaque Quindecimviris in cuſtodiam tradita. Etenim præterquamquod Romani non adeo rudes erant, ut impoſturam detegere non poſſent, jam longe ante Sibyllarum Carmina & habebant & legebant; neque eſt veroſimile Judæos ſuæ Religioni addictiſſimos, Paganorum & Chriſtianorum infenſiſſimos hoſtes tam ſplendide voluiſſe mentiri.

XXII.

Quæret non immerito quis poſſintne fidem facere Sibyllini Codices, qui feruntur in Bibliotheca Patrum in confirmandis Religionis noſtræ veritatibus? Poſſunt ſane dummodo emendentur ad normam eorum, quæ ex antiquioribus deſumpta habent & Patres& Scriptores Profani. Utinam quis regularum criticarum ſciens hunc laborem ſibi aſſumeret? aliis non levem afferret utilitatem.

[illegible] Ea diſtinctio vera eſt. Nam Patres citant Codices græce conſcriptos. Vide P. Aug. lib. 18. de Civit. cap. 23. Sibyllini autem libri, qui in Bibliotheca Patrum feruntur, latine tantum exarati habentur: Ita facili Sanctorum Patrum honor & authoritas a [illegible] erum Criticorum diſtorus vindicantur.

[illegible] In Nov. Bibl. tom. 2. de Lib. Sibyll (28) De Sibyll (29) Loc. cit. (30) Loc. cit.

Publice diſputabuntur Senis in Templo Divi Martini Anno 1771 *Menſe Januarii, Die*

Diſputatione præeunte F. Nicolao-Maria Rauaſio Auguſtiniano Studiorum Regens

99 G 23815

XIII.

Hoſce autem Sibyllinos Codices undique refertos fuiſſe celeberrimis vaticinationibus conſtans eſt Veterum opinio, (21) a qua nefas eſt cordato viro recedere.

XIV.

Nonnullæ vero Chriſti adventum, miracula, doctrinam; uno verbo Religionem mirifice comprobabant; [22] licet aliquid referrent Pagani. [23]

XV.

Vaticinatæ ergo ſunt Sibyllæ. Cum enim vaticinium ſit earum rerum prædictio, quæ nondum evenerunt, cum prædicuntur, quæque neque ex cauſſis naturalibus neque ex præſenti rerum ſtatu præſciri aut conjici ulla humana arte poſſint, ſequitur propheticam cognitionem ſoli Deo convenire, ideoque Sibyllas fuiſſe divinitus inſpiratas.

XVI.

Neque officit, quod fuerint Paganæ & ſi mavis etiam impiæ & ſcelestæ quandoquidem ut obſervant omnes Theologi, & præſertim Divus Thomas, prophetia eſt donum gratis datum, quod poteſt eſſe ſine morum bonitate. [24]

XVII.

Hinc refelluntur, qui putant Sibyllas vaticinatas eſſe aut ope Demonum (25) aut naturali ſolius phantaſiæ vi, aut quadam furoris ſpecie abreptas.

XVIII.

Sibyllina Oracula, quibus Sancti Patres uſi ſunt ad revincendos Paganos de eorum cultus falſitate eoſque ſuadendos de veritate & divinitate noſtræ Religionis non ſunt deprompta ex ſpuriis & adulteris Codicibus, qui in notiſſimo opere quod inſcribitur Bibliotheca Patrum recenſentur, ſed ex authenti-

cis

(21) Vide Bibl. PP. tom. 3.
(22) Cic. lib. 2. de *Divinat.* refutans exstitiſſe in Sibyllinis Codicibus verſus affirmantes, ſuſcipiendum eſſe quemdam Regem *ſi ſalvi eſſe vellemus*. Sibyllina *Carmina valere ad deponendas Religiones*. Quæ Chriſtianæ Religioni favent. Virgilius Egl. 4. ita loquitur ex mente Sibyllæ Cumanæ:

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas
Magnus ab integro ſæclorum naſcitur ordo.
Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna
Jam nova progenies Cælo demittitur alto &c.

Hæc de Chriſto intelligenda eſſe demonſtrat Cudworthus *Syſt. Intell.* cap. 20. parag. 18.
(23) *Non dubito, quin illa Carmina prioribus temporibus pro deliramentis habita ſint, cum ea nemo intelligeret? denuntiabant enim monſtruoſa quædam miranda, quorum nec ratio, nec auctor, nec tempus deſignabatur.* Lact. lib. 4. de ver. Sap. cap. 15.
(24) 2. 2. Quæſt. 171. art. 2.
(25) Prid. loc. cit.

cis & ſinceris, quos & habebant & legebant ipſimet Pagani. [26]

XIX.

Quamobrem manifeſte apparet audacia Dupini, qui ut Patribus malitiæ, imprudentiæ & immoderati zelus affingat calumniam ſcribit: *Eatam omnibus & conſtare eſſe debet, Libros Sibyllinos* [etiam quos citarunt Patres] *confutos eſſe ſecundo ſeculo labente. Certo autem deſignare non poſſumus quo revera tempore, & a quo. Id unum conjici poteſt magis probabile eos prodire cepiſſe ſub ſinem Imperii Antonini Pii.* [27] Apparet & inſcitia Blondelli, qui ait *Sartorem Carminum Sibyllinorum rapſodiam ſuam confeciſſe inter annum* 138. & 155. *a Christi nativitate.* (28) Quomodo enim ſi ita res ſeſe haberet Tullius, Dionyſius Halicarnaſſeus, Varro, qui Chriſtum præceſſerunt, ſcribere potuerunt Sibyllinos codices & legi & maxima cuſtodiri diligentia?

XX

Neque minus ridicula eſt opinio Petitdidieri (29), qui Sibyllina Carmina, quæ a Patribus citata ſunt, tradit eſſe opus cujuſdam Chriſtiani, quod in lucem emanaverit primo Eccleſiæ ſæculo. Ea enim vaois tantum fulcitur conjecturis: unde Author haud moleſte ferat nos ab ea recedere.

XXI.

Errat etiam Voſſius [30] dum *pro aris* ut ajunt & *focis* tuetur, Illa fuiſſe a Judæis confiсta ſexaginta circiter annis ante Chriſti Incarnationem & ſub Sibyllarum nomine vulgata & a Romanis tamquam germana recepta, eaque Quindecimviris in cuſtodiam tradita. Etenim præterquamquod Romani non adeo rudes erant, ut imposturam detegere non poſſent, jam longe ante Sibyllarum Carmina & habebant & legebant; neque eſt veroſimile Judæos ſuæ Religioni addictiſſimos, Paganorum & Chriſtianorum infenſiſſimos hoſtes tam ſplendide voluiſſe mentiri.

XXII.

Quæret non immerito quis poſſintne fidem facere Sibyllini Codices, qui feruntur in Bibliotheca Patrum in confirmandis Religionis noſtræ veritatibus? Poſſunt ſane dummodo emendentur ad normam eorum, quæ ex antiquioribus deſumpta habent & Patres & Scriptores Profani. Utinam quis regularum criticarum ſciens hunc laborem ſibi aſſumeret! alius non levem afferret utilitatem.

---

[26] Ea diſtinctio vera eſt. Nam Patres citant Codices græce conſcriptos. Vide P. Aug. lib. 18. de Civit. cap. 23. Sibyllini autem libri, qui in Bibliotheca Patrum feruntur, latine verſum exarati habentur. Ita facile Sanctorum Patrum honor & auctoritas a Recentiorum Criticorum dicteriis vendicantur.
(27) In Nov. Bibl. tom. 1. de Lib. Sibyll. (28) De Sibyll. (29) Loc. cit. (30) Loc. cit.
Publice diſputabuntur Senis in Templo Divi Martini Anno 1771. Menſe Januarii, Die Hora *Diſputantibus pro...* *F. Nicolao-Maria Ranuſſio Auguſtiniano Studiorum Regens*

919=3815